



Wd. 72.

2

DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
JURISDICTIONE PRORO-
GABILI IN ARCHI-DIOECESI
COLONIENSI

QUAM

Favente DEO, O. M & Auspiciis Magnæ
DEI Matris & Divæ Virginis MARIAE.

*In Alma Perantiquâ semperque Catholica Universitate
Coloniensi.*

*Pro summi in utroque Jure gradus Licentia more
Majorum legitimè consequendo, in Publico
Juris Auditorio Defendet 1764.*

Compilator & Author

ANTONIUS JOSEPHUS
GILGENS,

Officialatus Bonnensis Assessor, nec non Advocatus Legalis.

Coloniae Typis Hæredum GEREONIS ARNOLDI SCHAUERG.

DIES INSTITUTIO INAUGURALIS
IN DISCIPULIONE PRO RORO
GARUM IN ARCHI-MONESTI
COLONIENSIS
PATRIÆ, PATRONIS
ATQUE
AMICIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
JURISDICTIONE PRORO-
GABILI IN ARCHI-DIOECESI
COLONIENSI

QUAM

Favente DEO, O. M. & Auspiciis Magnæ
DEI Matris & Divæ Virginis MARIAE.

In Alma Perantiquâ semperque Catholica Universitate
Coloniensi.

SOLENNI SUB PRÆSIDIO

Prænobilium, Clarissimorum, Consultissimorumque Virorum
ac Dominorum,

D. FRANC. GABRIELIS HAMM

J. U. D. Professoris Ordinarii & Publici, Venerandæ apud Ubios
Facultatis Juridicæ Dictatoris.

Nec non

D. JOANNIS PETRI WIRTZ

J. U. D. Professoris Ordinarii & Publici, ejusdemque præmemorata
Facultatis Fisci.

Pro summi in utroque Jure gradus Licentia more
Majorum legitimè consequendo, in Publico
Juris Auditorio Defendet 1764. 9^{ra} Augusti.
Compilator & Author

ANTONIUS JOSEPHUS GILGENS

Officialatus Bonnensis Alumnus, nec non Advocatus Legalis.

Coloniae Typis Haeredum GEREONIS ARNOLDI SCHAUERG.

DISSERTATIO INAUGURATI
JURISDICTIONE PROGRI
CAPI IN ARCHI-MONASTERI
COLONIENSIS
PATER DEO. O. M. & AULICIS MASSIS
DCL. V. 1712. D. 17. MARIA

**PATRIÆ, PATRONIS
ATQUE
AMICIS.**

ANTONIUS IOSEPHUS HEDDINGENS

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

Caput primum.

De origine Prorogabilis Jurisdictionis in
Archi-Dioecesi Colonensi.

Caput secundum.

Quid sit Jurisdictio Prorogabilis.

Caput tertium.

Quotuplex sit Jurisdictio Prorogabilis.

Caput quartum.

Quodnam sit subjectum Jurisdictionis
Prorogabilis.

Caput quintum.

Quomodo Jurisdictio Prorogabilis ab officio,
quod exercent praetores sive praepositi judi-
ciorum scabinalium in Archi-Dioecesi
Coloniensi differat,

Caput sextum.

Quodnam objectum, sive quænam materia
sit Jurisdictionis Prorogabilis.

Caput septimum.

Quis sit Effectus Jurisdictionis Prorogabilis.

Caput octavum.

Quænam sint contraria, sive quibus modis
cesset Jurisdictio Prorogabilis.

Caput nonagesimum.

Quænam sit ipsius Jurisdictionis
Prorogatio.

Caput duodecimum.

Quænam Jurisdictionis Prorogatio
duo exercitare potest sive bis deponi iuri-
giuum exercitium in Archidiocesi

Caput quattuordecimum.

• (5) •

Caput Primum.

DE

ORIGINE JURISDICTIONIS PROROGABILIS IN ARCHI- DIOECESI COLONIENSI.

De Jurisdictione Prorogabili in Archi-Dioecesi Colonensi, Dissertatione Inaugurali tractatus, ex ipso nomine hujus jurisdictionis, statim in oculos cadit, illam esse speciem jurisdictionis germanicæ: per consequens cum ipso jure Germanico nostro antiquo, antiquis consuetudinibus & germanorum moribus debere originem, sive quod Germani quondam non adibant judicem coæti sive quod majori libertate in Archi-Dioecesi Colonensi usi ex tunc judicari conlueverint, invalescente vero iure Romano, jurisdictiones Germanicas maximè alteratas fuisse, constat; manente nihilominus in Archi-Dioecesi Colonensi ad judicem ordinarium provocandi libertate, qualis libertas cum hodie adhucdum in hac Provincia Vigeat, optimè dici potest, in Archi-Dioecesi Colonensi dari judicem prorogabilem, qui est ipse Satrapa, aut illius vice-Satrapa, in uniuscujusque satrapiae districtu, quæ ipsa jurisdictione cum ab insequentibus Prudentissimis Legumlatoribus, legibus in perpetuum valitatis fuerit magis stabilita, imo novis ordinationibus declarata & aucta hinc otioso calamo originem Jurisdictionis prorogabilis in Archi-Dioecesi Colonensi ex Historia jurisdictionum status Germanicæ antiqui, cum effectu perquirimus, quam pro modernâsuâ existentiâ & exercitio Forensi, Electoralibus constitutionibus præcipue deberi contendimus.

A 3

Caput

CAPUT SECUNDUM

Quid sit Jurisdictio Prorogabilis.

Jurisdictio, à jure dicundo vel dicendo derivatur, synonima jurisdictio in genere sunt, ut cum assistentiā juris loquar, *Notio Imperium, Potestas, Dominium*, & quidem quod primò ad Notionem attinet, ea nihil aliud est, quam facultas cognoscendi de iis, quæ circa justitiae administrationem versantur; & quia jurisdictio ad justitiae administrationem ordinatur, notionem seu facultatem cognoscendi includit, atque ita in latiori sensu notio vocatur in L. 99. pr. ff. de u. f. l. i. §. 4. ff. de off. praefect. urb.

Secundò Imperium pro jurisdictione ponit, textus quam plurimi juris communis nos edocent. l. penult. ff. de f. & f. in fin. l. 2. ff. de adopt. l. ult. ff. de off. procons., cuius ratio est: quia qui jurisdictione præditus est, illis, quibus præst, quodammodo imperare potest; adeo ut idem esse videatur, imperium ac Jurisdictionem obtinere.

Tertiò Potestas, quam cum Jurisdictione in suâ Significatione coincidere inclarescit, ex l. 3. ff. de Jurisd. aliisque plurimis, Ratio: eo quod Jurisdictio dicatur potestas, eaque Publica, ut mox latius dicemus:

Quartò Dominum Maximè in communi loquela, sic Barones & Nobiles nostri, se nuncupant Dominos pagorum illorum in quibus Jurisdictionem habent, Imperatorem imitati, qui forte in eo sensu Dominum mundi, in l. 9. ff. ad leg. Rhod. de jactu, se nominat! quibus præmissis. Definitur Jurisdictio Prorogabilis, quod sit Potestas Publica de causâ Civili, extra judicialiter consentientibus partibus, de simplici & plano Jus dicendi.

Adverto Primò Potestas, ut prænotarem, jurisdictionem, & quæ ac alia jura, non in exercitio, & actu secundo, sed magis in potentia & actu primo quoad essentiam consistere,

Adverto

Advero secundò *Publica*, intelligendum cum ratione causæ efficientis : quia jurisdictio Publica non privatè authoritate defertur, tum ratione subjecti , quia qui jurisdictionem consequitur efficitur persona Publica ! tum ratione finis : quia omnis Jurisdiction, ad bonum & commodum Publicum ordinatur.

Quænam vero dicatur in Archi-Dioecesi Coloniensi potestas Publica, facile patet Electorem & Archi-Episcopum Coloniensem hanc esse potestatem, cuius authoritate Publica, prout omnis Jurisdiction in Archi-Dioecesi, ita & exercetur prorogabilis.

Sicuti enim Imperator, immensus est ille Oceanus, ex quo omnis jurisdiction in Judices universi imperii, seu deductos ex magno mari fluvios, ac rivos profluit, quod ipsum agnoverunt status Imperii, in comitiis Norimbergensibus profitentes, nachdem alle Recht, und Gerichts-Zwang von unserem Herrn dem Römischen Kaiser entspriesen Datt de PP. lib. 4. c. I. n. 180. seq. pag. 718. Sic quoque Princeps Elector Saxonius, per suos Consiliarios Anno 1608. in Electorali conventu fuldensi declaravit : erklären ferners demonstriren, und behaupten, rund, offen, Heroisch, und öffentlich, was recht billig, desgleichen, was unbefugt, schädlich, und unverantwortlich. Nämlich : Thre Churfürstliche Gnaden könnten der Kaiserlichen Majestät Thre habende, und herkommen, Jurisdiction nicht disputieren lassen, seye fons jurisdictionis alle exemptiones rühren daher. Londorff. act. pub. tom. I. c. I. p. 3. 5.

Ex quo hoc manifestè probatur, omnem jurisdictionem in Imperio nostro, saltem originativè ab ipso Augustissimo propullulare : ita è contrariò juxta omnes publicistas certum est, post introducitam inventamque ad tantam eminentiam superioritatem territorialem quemlibet Dominum territoriale esse causam jurisdictionis in alios derivatae in suo territorio ; adeo ut non authoritate Imperatoria, sed Electorali, in Archi-Dioecesi Coloniensi jurisdictiones exerceri, notò notius sit.

Advero Tertiò, de causa Civili, quæ notæ jurisdictione pro-
roga-

rogabilis, discriminatur à mero imperio, ut potè, cum judex prorogabilis in Archi-Diocesi Coloniensi, Jurisdictione Criminali omnino destitutus reperiatur.

Advero Quartò *Extra judicialiter*, ubi notandum de jure Romano, aliud fuisse extrajudicialiter agere ac hodie dūm. Jure enim antiquo, extrajudicialiter agere, erat in jus vocare, seu jure agere. quod iterum differebat ab in judicium vocare seu judicio agere. In jus vocare seu jure agere dicebatur actor, qui reum ad tribunal prætoris, seu publicā, seu ut plerumque poterat privata authoritate trahebat, & eo comparente causam se inter & prætorem narrabat.

Narratione facta, quærebat ex prætore, anne jus aliquod de causà controversa de facto constitutum, & quodnam illud sit? prætor dum actori jus aliquod competere intellexit ex judicibus pedaneis (sic dicebantur, quia judicabant non ut Magistratus sublimes, in sella pro tribunali, sed ex imo loco sedentes, & humum pedibus conculcantes, ut notat Zoes. ad tit. Cod, pedan. jud.) unum dedit, formulam judicandi ei concessit, ab hoc ipso jus, in albo constitutum interroganti dixit. In judicio autem agere censebatur, qui jam antea prætorem adierat, jus in causà litigiosà constitutum, per concessionem formulæ ex prætore audierat, ac judicem pedaneum acceperat, judex enim pedaneus extùnc non amplius, jus dicere, sed judicare, factum, secundum præscriptam Juris formulam examinare, ac sententiam ferre dicebatur. *Struv. Exercit. 4. th. 44. & ibi Millerus.*

Attamen, cùm germanicorum judicum, semper alia fuerit, ac Romanorum antiquorum facies, nec formularias illas pedaneorum unquam admisisimus tabulas, multominus scrupulosas hasce Juris Romani, inter in jure, & judicio agere subtilitates, hinc extrajudicialiter hodie dūm agere, nihil est aliud, quam agere extra judicium, sìcque judex extrajudicialiter decernit, quotiescumque extra judicium formatum aliquid statuit, judicium verò cum formetur, ex judice Assessoribus & actuario, ideo quæ hoc modo à jude-

dice pro tribunali sedente fiunt, nobis dicuntur fieri in judicio si-
ve judicialiter; per consequens cum satrapæ, & vice-satrapæ, in
Archi-Dioecesi Colonensi scabinis & actuario sint destituti, imò
soli jurisdictionem exerceant, hinc semper dicuntur extrajudicia-
liter judicare, ad distinctionem judicum ordinariorum in Archi-
Dioecesi Colonensi, qui in judicis formatis judicialiter procedunt,
consequenter cum judex prorogabilis in Archi-Dioecesi Colonensi
nullatenus sit ordinarius, illum extraordinarium vocari, veniam
merebimur, quamvis liè coram ipso jam tum contestata, faciem
quasi ordinarii in hac causâ induat judicis, sicque constituto judi-
ce, actore & reo, cum judicium propriè dicatur constitutum,
qua coram ipso nunc geruntur in effectu judicialiter geri, &
plenissimum haberi robur omniō dicendum.

Advero quinto *Consentientibus partibus*, ubi præter illa, qua Capite primo memoravi, Notandum adhoc: ut in Archi-Dioecesi Colonensi judicis prorogabilis jurisdictione dicatur prorogata, requiri consensum partium, & quidem liberrimum tam ex parte actoris, quam rei, & hocce intuitu subditi Archi-Dioecesis Colonensis melioris habentur conditionis, ac aliarum adjacentium Provinciarum, in illis enim, si subditi querulare necessitantur, necessariò adire debent unum judicem, in Archi-Dioecesi vero ex ultat ejusmodi necessitas, cum actori liberum maneat, implorare judicem prorogabilem, quod si ab ipso provocetur, iterum actori est libertas, adire officialem, aut judicium Scabinale loci.

Non vero sufficit, ut actor solummodo in judicem prorogabilem consentiat, sed insimul requiritur consensus rei. Ita enim notanter loquitur renovata ordinatio Electoralis de 15ta Februar. 1720. Die Erftstift-Eßlische Amtleuth, Amtsverwältere... betreffen S. 1. in verbis. Erftlich soll sich der Amtmann, oder in unsern Eyd und Pflichten stehender Amtsverwalter keiner streitiger Sachen unterfangen, wan beyde Partheyen sich bey ihm nicht gutwillig eingelassen, und in dessen Jurisdiction gehelet haben.

Si

Si itaque expresse consentiat in judicem prorogabilem ad instantiam auctoris citatus reus , res extra dubium est ; ponamus vero citatum nullatenus comparere ? Respondeo : tunc in contumaciam proceditur, adeo ut tertia citatione emanata , jurisdictionem judicis prorogabilis, ex tunc in contumaciam haberi pro prorogata , nos edoceat , in puncto jurisdictionis prorogabilis emanatum Edictum Electorale novissimum de Anno 1743. S. 2.

Advero sexto in definitione *de simplici & Plano*, ita enim Rescriptum Electorale de Anno 1665. 19ta Augusti (quod Capite sexto praesentis dissertationis in extenso retuli) ipissimis verbis habet , per consequens videri posset , judicem pedaneum Romanum de simplici & planō cognoscendi notionem habentem . in Archi-Dicecesi Coloniensi sub nomine judicis prorogabilis iterum surrexisse, ast dubium ex superius deductis modò evanuit, & ulterius evanescet, si rem ipsam penitus ex historiâ inspiciamus.

Innotescente Jure Romano, cum suis judicibus , & redeunte nostrâ juventute Germanicâ ex academiis Italicis, successivè jus illud peregrinum talem meruit applausum. ut jurisperiti nostri, nunc in aliam formam quasi mutati, non nisi Romana creparant, per consequens ut ut statum nostrum Germanicum funditus mutari non potuerint, attamen suo modo alterare, & peregrinis insigniri nominibus sibi gloriae duxerint, hinc mirum legere est, quomodo Romanos judices quasi ex cineribus resuscitare , & illos tribunalibus nostris praefixerint. Habebant enim antiqui Imperatores Romani, sacrum Romæ consistorium, consequenter Ferdinandus I. erigendo Consilium Imperiale Aulicum hoc illius vices sustinere dicebant, similiter Cameram Imperiale loco auditorii praefecto-prætorii adornatam fuisse, illius temporis Civilistis placebat ; *Estor in ju. Germ. tom. 2. §. 6021.*

Quid mirandum itaque, si Consiliariis Principum, peregrina sequè

æquè amantium, verbis judici pedaneo propriis, exprimere judicis prorogabilis jurisdictionem placuerit. De verbis enim parum simus solliciti, si res ipsa quid in effectu sit, se oculis nostris sistat: toto cælo enim differt judex pedaneus ille Romanus de simplici & plano cognoscendi notionem habentis, à nostro judice Germanico prorogabili, quia notio hæc de simplici & plano cognoscendi dari potest absque jurisdictione ait prætor. *l. 5. in pr. ff. de re jud.* quippe cum judex pedaneus notionem quidem habuerit, jurisdictionem verò nullatenus *l. 15. ff. cit. tit. & l. ult. Cod. ubi & apud quem* facile patet judicem prorogabilem in Archidiœcesi Coloniensi utpote revera jurisdictione præditum, sum moperè distingui, à judice illo pedaneo Romano.

Quare DD. uno ore optimè concludunt, Doctrinam Jurisdictionum Romanarum, Jurisdictionibus Germanicis male applicari. *Vid. Buffendorff. de jurisd. germ.* & ut verbis Mevianis utar, *part. 4. decis. 290.* periculosos esse illos JCtos, qui de modernâ jurisdictionis formâ ex LL. Romanis disputant.

Advertò denique, sextò in definitione jurisdictionis prorogabilis, *jus dicendi*, sive quòd idem est, justitiam administrandi, at tentoque, quod concessâ jurisdictione, omnia illa regulariter concessa sint, sine quibus jurisdictione explicari non possit *l. 2. ff. de jurisd.* sequitur judicem prorogabilem habere potestatem exequendi propria decreta; insimulque sententias in judicatum prolapsas executioni demandandi ipsi concessum reperiri *cit. ordinat. Elect. de 1720. §. 5,* hinc examinata definitione, nunc examinat.

CAPUT TERTIUM

Quotuplex sit Jurisdictionis Prorogabilis.

Jurisdictionem in genere, de Jure Romano, cum communis scholâ in voluntariam & contentiosam dividimus, *Voluntaria*, quæ exercetur inter volentes & consentientes, *contentiosa*, quæ interponitur inter invitatos

invitos per se loquendo & nolentes, sedemque habet hæc divisio, in l. 2. pr. ff. de off. pr. neque obstant Franckii ff. b. t. n. 12. §^o Lauterbachii ibidem §. 6. obmota; si hæc divisio subsisteret inquit, jurisdictionem nempe voluntariam, ab extraordinaria, & contentiosam, ab ordinaria, non esse distinctam, dantur si quidem actus, qui ad jurisdictionem voluntariam referuntur, nec tamen ex peculiari legum indulto, sed ex officio & jure ordinario concessi sunt, cujus generis sunt datio bonorum possessionis arg. l. 4. §. i. ff. qui off. ejus. insinuatio donationis Hypothecæ, Testamenti. Vinn. de jurisd. cap. 8. n. 8. similiter actus reperire est, qui ad jurisdictionem contentiosam spectant uti. v. g. est datio judicis, tutoris, curatoris, à minore Magistratu facta, nec tamen ordinario jure, sed speciali concessione tribuuntur. Lauterbach ff. de jurisd. volunt. th. 10. Nec magis attendenda sunt, Donelli, Boceri, Struvii, ad ff. Exercit. 4. th. 69. ingestâ mentionatam divisionem aut angustam nimis, aut diviso suo commensuratam non esse, sed tertiam quandam speciem existere, ad quam actus illi nec voluntariæ, nec contentiosæ jurisdictionis adscribi possunt, qualis sunt tutoris aut curatoris datio, cognitio super transactione de alimentis Testamento relictis &c. Respondeo breviter, invitis planè legibus tertiam hanc speciem fingi, posse suntque relati actus commodè, vel ad voluntariam vel ad contentiosam jurisdictionem reduci, cit. Lauterbach th. 3. §^o seqq.

Altera divisio est, qua secatur in Personalem & Realem, Personalis, quæ ita cohæret personæ, ut cum illa definit, talis est jurisdictione v. g. Rectoris magnifici in Universitatibus &c. Realis sive Patrimonialis, de jure Romano quidem incognita, quæ rei cui-dam, v. g. castro, vel pago, connegetur, & ad omnes qui castrum vel pagum adipiscuntur transit.

Tertiâ jurisdictionis divisio, quâ scinditur, in Privativam, quæ uni soli exclusis aliis est indulta, & Cummulativam, seu Concurrentem, quæ pluribus competit, vel in solidum, ita ut quilibet feorsim

seorsim possit cognoscere, ubi præventioni locus est; vel pro indiviso, ut nullus absque alterius concurso jus dicere valeat, exempla jurisdictionis pro indiviso plurima exstant in nostrâ Germaniâ, sic Elector Palatinus in ducatu Juliaco in satrapiâ Tombergensi jurisdictionem pro indiviso tenet, cum L. Barone de Quat in Flammertzheim. Denique, jurisdiction alia est ordinaria, alia prorogata & alia prorogabilis, prorogabilis iterum diversimodè exercetur in Archi-Dioecesi Coloniensi, & in ducatu Westphalico, ut infra dicemus.

Ordinaria, est potestas publica quam quis jure & nomine proprio exercet; talem jurisdictionem de Jure Romano habebant consules, praetores, dictatores, aliquique plures.

In Archi-Dioecesi Coloniensi plures pariter habemus judices ordinarios, & quidem concurrentes, ita Archi-Episcopalis Officialis Coloniensis etiam in civilibus exercet ordinariam, & concurrentem jurisdictionem, per totam Archi-Dioecesin, quænam verò eximantur ab illius jurisdictione recenset *author anon.* in tract. de jurisd. Colon. sect. I. §. 8. adhac in Amplissimâ Metropolitanâ Coloniensis Ecclesiâ Archi-Dioecesi, in quatuor districtus, quatuor constituti sunt Archi-Diaconi majores; qui in partem Archi-Episcopalis sollicitudinis adsciti, plenariâ quisque pollet, in suo peculiari districtu authoritate, & ordinariâ jurisdictione, in universum clerum & populum sui districtus cui præsunt, absque ullo personarum discriminâ. *vid. imp. juxta exemplar Romanum in Causa 18. contra 18. §. 1.* cumquè Praepositus Bonnensis, unus sit ex illis quatuor Archi-Diaconis majoribus, qui ab antiquissimo tempore Bonnæ retinet tribunal sive Curiam, ex officiali sive ejus Vicario Generali, Sigillifero, promotore Fisci Assessoribus, aliisque ministris constitutam, sequitur in civitate Bonnensi & Archi-Diaconali districtu, tres reperiri judices ordinarios, concurrentem jurisdictionem in civilibus exercentes, nempe Officialem Coloniensem, Bonensem, & judicium scabinale loci, inter quos præventio obtinet. B 2 Effe-

Effectus specialis jurisdictionis ordinariæ est, 1) quod eā prædictus, possit vel per se, vel per alium jus dicere; hoc est aut ipse metjurisdictionem exercere, aut eandem alteri delegare, *per Cap. 7. de off. jud. ord. in 6. § 1. 5. ff de jurisd.* 2) quod juris præsumptione juvetur, ac illos etiam stringat ad comparendum, & exhibendum Privilegium, qui speciali titulo in jure communi non fundato; se prætendunt exemptos, *Cap. 7. de privil. in 6. § 1. 5. ff de judic.* 3.) quod regulariter sit perpetua, nec possit adimi, sed duret usque ad vitam habentis. *Cap. 2. de off. leg. in 6.* si vero patrimonialis sit, ad successores devolvatur; adverto regulariter, nam interdum jurisdictionis ordinaria, restringitur ad certum tempus. v. g. annum, ut patet in Jure Romano de prætoribus, quorum Magistratus anno conclusus erat. *pr. inst. de perpet. § temp. act.*
 Jurisdictionis *Prorogata*, est potestas publica jus dicendi extra fines suos consensu partium extensa; quæ jurisdictionis prorogata ut ut de Jure Romano maximè sit fundata, tamen in Romano Germanico imperio nostro inter subditos diversorum statuum vix procedit. *vid. Glafey de jurisdictione voluntaria extra territoriorum non extendenda.*

Effectus jurisdictionis prorogata ex parte prorogantium est, quod judicem prorogatum non amplius recusare valeant, sed illius judicium & sententiam teneantur exspectare, ex parte judicis quod ex incompetente faciat competentem &c.

Quid sit Jurisdictionis *Prorogabilis* supra diximus quæ in Archidiœcesi Coloniensi à satrapis & vice-satrapis tantum exercetur in primâ instantiâ, prout in Ducatu Westphalico à drossardis, & vice-drossardis in illorum satrapiis, quod insimul verificatur *von Land-Drost und Räthen im Herzogthum Westphalen*, quibus in primâ instantiâ, competit jurisdictionis prorogabilis, per totum Ducatum Westphalicum; cum hoc tamen notabili additamento, ut horum juris diœctio à judiciis inferioribus etiam in appellatorio prorogari possit *vid. Edict. de 24. martii 1730.*

Quis vero possit esse judex prorogabilis, demonstrat. CA-

CAPUT QUARTUM

*Quodnam sit subjectum jurisdictionis
Prorogabilis.*

Subiectum jurisdictionis , aliud est activum , aliud passivum , passivum rursus aliud personale aliud reale , subiectum personale sunt homines quibus jus dicitur , reale est spatium seu locus intra cuius ambitum & fines in homines exercetur . Imprimis itaque de subiecto activo , & quinam jurisdictionis prorogabilis activè sint capaces agemus ; quoad capacitatem in subiecto exercenti jurisdictionem prorogabilem , requiritur 1) usus rationis , ratio palpabilis est : quia jurisdictionem exercere & jus dicere attentionem animi , rationis usum & judicii maturitatem exposcit , ergo qui ratione destitutus est , non magis ad jurisdictionem erit inhabilis , quam equus caligulae , quem is suum consulem designaverat . Ut refert ex Dione ab Hsing . Confer . l . 12 . § . 2 . l . 39 . in pr . l . 46 . ff . de jud . 2) in subiecto jurisdictionem habente desideratur actas 25 . annorum inchoatorum , l . 8 . ff . de munere & honor . Ratio : quia minoribus 25 . annis ob fragile & immaturum judicium , nequidem familiaris rei administratio conceditur : ut adeò juris & justitiae administratio potiori titulo denegata videatur . Si tamen ingenii judiciique præcocitas , ut aliquoties amat fieri , prævertat annos saltē à Principe jurisdictione conferri poterit , per text . in l . un . § . 2 . ff . de off . consul & ob hanc rationem aliquando minorennes in Archi - Diœcesi Coloniensi ad officia judicum admissos vidimus , prout similiter promoto ad scabinatus quos vulgo gelehrte Schöffen - Stuhl vocant , ubi tamen si seniores juris periti adsint , DDres suadendum esse putant ut juvenes subin senioribus assidentur , quatenus ex eorum factis dictisque

discant, imposterum similia dicere vel facere. *Vid. ut ab Ising. cap. 4. n. 40.* Mihi verò præplaceret, si de quolibet promovendo ad officium judicis præcedere deberet sententia alteri *Ulpiani formulâ antiquâ de romano juvene retentâ Nerva filius Fertur Publicè (addo & in academia & in foro) de Jure Responsitasse. L. I. §. 2. ff. de post.*

3) In subiecto jurisdictionis, requiritur sexus masculinus. *L. 2. ff. de R. J.* Argumentum deducere possumus à fœminâ illâ de Jure Romano ab Officio Advocati repulsâ sicuti itaque fœmina nequit esse advocata, itâ nequè judex; origo verò introducta est, inquit Ulpianus, à *Carfania improbissima muliere, quæ inveteratè postulans, & magistratum inquietans causam dedit edictum. Vid. cit. l. §. 4.* Attamen Ratio hujus adæquata est, quia officium judicis, sicuti advocati, est munus virile; officiis verò virilibus jungi mulieres non decet, ait Ulpianus. *Cit. loc.* Exceptio reperitur de Jure Canonico in Cap. 4. de arbitr. Ratione fœminarum illustrium, quæ ex consuetudine quorundam locorum jurisdictionem habent, exempla plurima in jurisdictione patrimoniali, nobis subministrat Germania; ubi tamen judicis & jurisdictionis officium semper per officiale virum administrari videmus.

4.) In subiecto jurisdictionis, status libertatis efflagitatur, tex-
tus famosus exstat, *in l. Barbarius Philippus. 3. ff. de off. Præt.* Ubi ad valorem aëtuum servi, quæ gescit, ut judex, error com-
munis, cum titulo colorato requiritur, si itaque hodie aliquis in Archi - Dioecesi Coloniensi, tacito laborans impedimento officium judicis aliquo tempore exercuisset & requisita *cit. leg. Con-*
current, non dubitarem aëtus præteritos subsistere.

5) In subiecto jurisdictionis præ primis exposcitur talis scientia, qualis ad negotia officii tractanda & causas, de quibus Jus reddendum est necessaria, *Pr. inst. de off. judic.* ubi appositè dicitur quod ju-
dex teneatur judicare, secundum id, quod legibus, constitutio-
nibus.

nibus & moribus proditum est. Ergo & legum communium, & constitutionum patriæ & consuetudinum, habeat notitiam omnino necesse est. An vero judices, munera fiscaria aut culinaria sub fideli tuta silentio acceptare audeant, an vero illa recusare debeat; de eo Jus quidem certum est, attamen praxis variat.

An denique, in subjecto' judicis prorogabilis requiratur in Archi-Dioecesi, ut sit indigena, & originarius quæstio est magis nostri fori, equidem hoc an indigenæ extraneis sint praefrendi, controversum est de Jure communi. *Minsing. cent. 4. obs. 30.* Attamen in adjacentibus provinciis affirmativa antiquissimis patriarcharum constitutionibus stabilita; ita in Ducatu Juliaco Montano, Lex hucusque observata expresse disponit in verbis, das die Landen und Aemter bestellt und regieret werden sollen, von des Landes Untersassen, und nicht mit Fremden. *Voetz. hist. Jur. Civ. Jul. Mont. n. 93.* In Archi-Dioecesi Coloniensi iamcùm antiquitus despuper leges patriæ exstant aded ut aliquorum memoriâ nondum exciderit, de promoto quodam ad Scabinatum Bonnensem, non nisi præviâ dispensatione super Jure indigenatus; peregrini forte hanc qualitatem ex tota jam dictâ provinciâ nunc peregrinare fecerunt.

Videamus itaque? quinam Jurisdictioni Prorogabili passivè sint subjecti, respondeo regulariter omnes satrapiam, cui judex prorogabilis præst, inhabitantes, dixi regulariter, fallit ergo 1) ubi de consuetudine constat, in hoc vel illo loco, aliquarum satrapiarum, nunquam jurisdictionem prorogabilem, venisse ad obseruantiam 2) Si constet reos esse fori alieni, aut gaudere privilegiato; quod ultimum erroneè nimiš quidam prætores sibi persuadent, putantes se se in actionibus personalibus, coram Electrali Consilio Aulico Bonnensi, esse convenientios, cùm è contrario de Praxi certum sit, prætores & præfectos, coram judice quo-cunque ordinario, aut prorogabili conveniri debere, ratio, quia deficien-

deficiente privilegio fori , manendum in regulâ , quod quilibet subsit judici ordinario , aut prorogabili.

Adbac præfatum Electorale Consilium Aulicum Bonnense primario repræsentat , das Chur-Cöllnische Landes Regierungs-Rathß-Dicasterium , secundarijò verò insimul considerandum als ein Justiz-Collegium : nempe in illis causis in quibus ipsius jurisdictione in primâ instantiâ , appellatorio , & revisorio fundata existit.

Pro quâ fundandâ , in primâ instantiâ , notandum primo , alle Sachen deren sich unsere Unterthanen unserem Churfürstlichen Cammer-oder Hof-Gericht furzukommen gutwillig begeben , prout in terminis disponit , Erzstift-Cöllnisch-weltliche Gerichts-Ordnung de 1538 sic ult.

Secundò , ante oculos habenda verba sequentia ; Edicti Electoralis Maximiliani Henrici de Roma Sept. 1665. ibi alle Gewalt-Sachen , Execution , oder Vollstreckung der Urtheilen , miserationiblum personarum , wo von rechtswegen die Landes-Obrigkeit dannen pflegt immediate angelangt zu werden , wie gleichfalls verweigert , und verzögter Justiz , Contribution , Lehn- und Policing-Sachen , als in welchen allen dem beschwertem Theil sich bey uns und unser Canzley anzugeben unverwerth sein solle.

Extra vero casus præmentionatos in praxi observavi , omnes actuales Consiliarios aut qui alias in actuali servitio Electorali Aulico sunt regulariter , coram Electorali Consilio Aulico Bonensi in prima instantia forum sortire . Hinc titulares quoquaque coram judice ordinario , aut prorogabili esse conveniendos prono fuit alveo.

Vidi tamen exempla titulares , aliosque qui foro supremo patriæ immediate subesse putabant , coram judice ordinario officialatu Bonensi conventos , opposuisse exceptionem judicis prætensè incompetenter , ast prudens actor facillimè advertit hancce exceptionem

nem more reorum fugitivo à plerisque usurpari; ad præcindendas itaque ulteriores cavillationes aëtori adeundum erit Electorale Regimen, demonstrando qualiter titularis reus, ad judicem ordinarium citatus erroneè foro supremo patriæ immediatè subesse putet, petendo quatenus constet, reum non gaudere privilegio tori, illum ad judicem ordinarium remittere, ubi decreto ad ordinarium subsecuto, coram judge ordinario eo celerius in causa principali proceditur: quarè ne longius excurram, sit.

C A P U T Q U I N T U M

Quomodo Jurisdic^{tio} Prorogabilis, ab officio, quod exercent Praetores, sive prepositi judiciorum scabinalium in Archi-Diœcesi Coloniensi differat.

Cum jucunda sit majorum nostrorum memoria, qualiter prætorum in antiquâ Germaniâ distincta fuerint officia, desuper lectorum ad consiliarium Intimum Estorem remitto in suo jure Germanico. tom. 2. §. 6086, & segg, modernis verò temporibus in Archi-Diœcesi Coloniensi præses judicij scabinalis, in civitatibus plerumquè nuncupatur, der Vogt, in oppidis der Schultheis, in effectu verò concreti officii, inter se nullatenus, ast in eo à satrapis & vice satrapis differunt, quod jam fati habeant jurisdictionem prorogabilem, illi verò omnino nullam. Cit. Thür-Edl-nische Verordnung ic. §. 2.

Quod ipsum, cum mirum videretur priori saeculo prætori cui-dam, supplicabat is ipse, annon saltem per prorogationem partium jurisdictionem exercere posset prorogabilem; ad cuius suppliciam resolutum in modum sequentem, nachdem bey nechst voriger Thürfürstlicher Regierung, durch ein in offenen Druck erlassenes Edict die Verordnung geschehen, daß kein Vogt oder Schulz

Schultheis, auch so gar per Prorogationem partium (ausgenommen in Compromis-Fällen sich der Cognition anmassen sollen, so ist darüber dieses dem Supplicanten Licentiaten Steinmann, an statt des gebetteten Scheins zur Nachricht zu ertheilen befohlen, Bonn 12 Merz 1698.

Exercitium itaque Jurisdictionis Ordinariæ judiciorum scabinalium in Archi-Dioecesi Coloniensi, residet penes judicium scabiale formatum, modò ad actum judicialeum validum ordinatio, adhibito judicij scribâ & præsentia Trium Scabinorum contenta.

Prætoribus verò competit 1) Jus præsidii & vorum consultariorum in judiciis, quamvis in judiciis ruralibus, quibus indocti aſſident scabini rustici ubi ex tempore, aut irrequisitis jurisperiſtorum oraculis quandoque aliquid decernitur, quod præſidi juris videtur, illis placet. 2) ſi a quærulauitibus ab initio adiganuntur, poſſunt relaxare primam citationem extrajudicialiter quæ citatione intimata prior respectu judicis jurisdictionem concurrentem habentis, modò fuerit ad judicium facta, alias non; operatur effeſtum præventionis: ita enim in rescripto ad Officialem Colonensem de anno 1714. notanter exprimitur, dabey aber der Citatus nicht für denselben, sondern an erwähntes Gericht beſcheiden, und dardurch die Sache notoriè præveniret worden. Ubi notandum, reproductionem debere fieri in termino, alias citatio habetur pro circumductâ atque ita nullam præventionem operante, per consequens ad effectum præventionis requiritur 1) ut cauſa sit eadem vel arctissime connexa, 2) ut eadem sint partes litigantes, 3) ut idem sit agendi finis & fundamenum 4) ut citatio sit facta ad judicium, 5) Ut sit prior intimata 6) Intermino reproducta. 7) Ut per Extructum Protocolli in forma probante producetur de judicio prævento doceatur.

Attamen practici quidam rurales excentrici, qui plerumque de consilio sunt, à judice prorogabili provocantibus reis ad excludendum ſive præveniendum forum Officialatus ſolent aliquoties

ad

ad instantiam rei Fabricare citationem, quā mediante auctori injungunt (quandoquē terrorem apponunt, sub pēna aliquorum florēnorum aureorum) ut actionem suam in proximā sessione scabinali proponat, quam citationem incontenenti, & judici prorogabili, & parti intimari curant, putantes ex nunc per actum Heroicum Officialatum esse præventum: ast satis in fundatè.

Quare vidi, actores de meliori informatos, adiisse Officialatum Colonientem, ibidemque relaxasse monitorium v.g. solvendi, prout novissimè contigit in causā Kautz contra Loth, & rectè; nam præcedens citatio prætoris ad judicium scabinale ad introducendam actionem facta, nihil est aliud, quam Citatio ex lege diffamari, quæ ex naturā Processus provocatorii, eo solummodo dirigitur, ut auctor nunc provocatus, actionem, quām se coram judice prorogabili habere jaicitavit, coram judice ordinario ipsius competencie proponat vel perpetuo sileat; nam quod est de Diffamatione judicium, quod Diffamatorium appellamus, non est simul causa principialis, aut ex præventione necessarium. *Mev. part. 8. decis. 169.* unde communis atque sanā DDrum est sententia, citationem ex lege diffamari non parere exceptionem præventionis aut litis, nisi quoad diffamatorium judicium saltem. *Idem part. 1. decis. 198.* per consequens ejusmodi citatio ex lege diffamari liberum relinquit auctori, coram judice quocunque ordinario, sive Officialatu Colonensi aut in suo districtu Bonensi, actionem suam introducere, adeo ut ibidem introducta suppositis supponendis forum Officialatus habeatur pro pravento;

Quo inconsiderato, cum in prefata causa, judicium Scabinale N. se se somniaret præventum, & quasi verò gravamen commune judiciorum Scabinalium propullulasset, absque fundamento & necessitate recurrebant indocti, medianibus litteris informatoriis ad Electorale Regimen, indoctius petentes gravamen à judice ordinario prætense illatum tolli, desuperquæ Officiali Colonensi rescribi; eodem terè tempore in Hypothesi omnino simili debitè

quidem opposita erat in causâ N. Contra N. exceptio fori præventi coram Officialatu Coloniensi, quâ verò per decretum *vitis actis* rejecta, recurrebat judicium scabinalē N. ad supremum Elektorale Dicasterium Bonnense, querulantes qualiter in causâ coram judicio scabinali modò quo suprà præventâ & hacce exceptione oppositâ, & prout ipsi putabant sufficienter probatâ, nihilominus in vilipendium Jurisdictionis Ordinariæ scabinalis, ab Officialatu Coloniensi fuerit rejecta, ineptius petentes & hoc prætentum gravamen mandato Regiminis submoveri.

Reflectendo verò ad viam Regiam, contra gravamen à judice ordinario illatum, non datur alius recursus quam arripiant gravati, si velint remedii ordinarii appellationis medelam; ad quid enim deviis illis litteris informatoriis, tot taptisque negotiis arduis & publicis obrutum Elektorale Regimen molestare juvabit, sint diligenteres judices subalterni in litteris informatoriis ex officio transmittendis ubi de tuendis juribus Electoralibus & Patriæ agitur.

Ut ad priora redeam 3) citatione primâ, à prætore extrajudicialiter relaxatâ, si citatus non pareat, secunda citatio nullatenus à prætore, sed præviâ reproductione prætoreanæ citationis judiciali, in judicio decernenda; 4) habent insimul prætores potestatem, in casibus de jure permisis extrajudicialiter decernendi arresta justificatione vero prout cassatione aut pro vigorosa declaratione, ad cognitionem judicij spectante *cit.* Chur - Cöllnische Verordnung §. 2.

Adverti in casibus de jure permisis, hinc præcipue contra possessionatos in immobilibus arresta decerni non posse, & jus commune & sanctio Electoralis jubet, quod si verò tempore decreti arresti, non constiterit reum in immobilibus fuisse possessionatum, & reus in proximâ audience judiciali, de suâ possessione doceat, relaxationem arresti ex tunc indilatè faciendam esse judicibus injungit, *Edictum Electorale Josephinum* 25. Martii 1723. Quo verò inattento, si judex contra notoriè possessionatum in immobilibus,

libus arrestum decreverit, aut docta de ejusmodi possessione arrestum non relaxaverit, ob apertam transgressionem Edicti Electoralis, patet recursus ad Elektorale Regimen, ubi apposito supplicæ decreto illiciti arresti, unâ cum demonstratione judicis renuentis retractationem possessionisque in immobilibus, impetratur Mandatum Cassatorium arresti S. C. Vidi tamen quandoquè exempla, judices subalternos, ad simplicia narrata impetrantibus, juribus sacarioris potius (sit venia verbis) quam juri inhiantes & arrestum & pignus prætorium decrevisse, quasi verò in litteris credentialibus aliud non haberent, quam omne illud, quod partes pertinent annuendi, absque scrupulosa indagatione quid de jure decerni possit ac debeat. Quare Legislator in Edicto 1743. coram Electorali Regimine experientia edocetus advertit, taliter pignora præatoria à judiciis inferioribus sèpius NB. Zu beklagter Schuldnernen grundverbölichen Schimpf fuisse Decreta. Ex quâ expressione ipsius laudati Legislatoris, ob injustâ decreta pignora præatoria, reorum quandoque totales ruinas & prostitutiones publicas insecuritas fuisse, Practicè concludo; quod si judicium quoddam in Archi-Dicecesi Coloniensi ad instantiam actoris, absque quod 1. Causa debendi 2. Periculum amittendi creditum veròsimiliter fuerit demonstratum (quæ duo tamen conjunctim in terminis efflagitat, citatum Edictum Electorale Clementium §. 2) pignus prætorium aut arrestum decreverit; & si reus v. g. mercator docere possit prout plerumque contingit, per Decretum taliter pignus prætorium, aut arrestum fidem ipsius publicam, quæ anima est omnis commercii, si non statim in toto extinctam, attamen in ipsius suorumque detrimentum per notabiles sequelas labefactatam fuisse, in tali casu justissimam actionem & injuriarum & ad interesse reo competere contra ejusmodi judicium, non credo quod ullus sanus JCTus nisi iusticias amans, à me dissentiat,

CAPUT SEXTUM

*Quodnam objectum, sive quanam Materia sit
Jurisdictionis Prorogabilis.*

Omnes causæ civiles contentioſæ, regulariter constituunt obje-
ctum sive materiam Jurisdictionis Prorogabilis, cauſas ve-
rò jurisdictionis voluntariae, quæ cognitionem judicialem desi-
derant, v. g. confirmationem unionis prolium, & similia, ju-
dici prorogabili sive uni personæ nullatenus eſte concreditas,
prout latius mandat Legislator ſequenti reſcripto, demnach die
Sache ſo eine gerichtliche Cognition erfordert, billig beyerkānt-
nus des Gerichts, als welches darzu ordentlich, und neben
dem Vogt oder Schulteſen, mit ſieben Scheffen bekleidet zu
belaffen, bey denen Amtsverhören aber, nur allſolche, oder die
Sachen, welche de Simplici & Plano ohne Conſcribition weit-
läufiger Acten, und zwarwan wan die Partheyen ſich hinc inde
eingelaffen erlediget werden können vorzunehmen üblich iſt,
wie dan ſonderlich auch die Immissiones und Taxationes in actio-
nibus realibus, anders nicht, als vor denen Gerichter, wo
die Protocolla ſuper Hypothecationibus & venditionibus gehalten
werden müssen, füglich ausgeübt werden können, als wird hie-
ſigen Amtsverwalteren Radio anbefohlen, ſich deme also gemäß
zu verhalten, und in den Gerichts-Sachen ſich nicht einzumischen,
ſonderen dieſelbe wie ſolches ſo gar beym Hofſtath zu geschahen
pſlegt, jedesmahl von ſich ab und an die ordentliche Gerichter
hinzuerweisen. Signatum Bonn 19. August. 1665.

Quoad cauſas Fiscales pecuniarias, cum publicè interſit, cauſis
Fiscalibus, attento oculo, totum Electorale judicum invigilare
agmen, neque per provocationes excessuum differri pēnas: in
praxi obſervavi ſatrapas & vice-ſatrapas in prætatis cauſis Fiscalibus,
non prorogabilem, ſed ordinariam & concurrentem adeo ut
præven-

præventioni sit locus habere jurisdictionem. Causarum verò politicarum, cum directio in politicis, ad primarium judicis prorogabilis spester officium, hinc otiosè de applicandâ jurisdictione prorogabili; attamen non ineptè hic quæritur, quid dicendum de paræmia in Polizey-Sachsen gilt keine Appel, respondeo de causis merè politicis esse intelligendam, fallit verò si contentiosæ fiant, causæ verò politicæ pro contentiosis tunc demum dijudicandæ, si præter politicum jura & læsiones partium insimul in considerationem veniant & judiciali lance rimari debeant, adeoque causæ politicæ secundum se consideratae, submotâ impossibilitate Leyserianâ, definiri poterunt, quod sint quorum objectum solum politicum, & interesse status publici concernit, absque quod jura vel læsiones privatorum interveniant, L. B. de Cramer Nebenstunden part. I. pag. 88: quod ut clarius efferam, ponamus causam aliquam esse politicam, eo ipso verò devolvitur in causam justitiae, si quæstio oriatur, hic justè, ille verò injustè egit. Vid. Schreiber de causarum politicæ, & earum quæ justitiae dicuntur conflictu & differentia sect. III. §. 3.

Vigore directionis politicæ competit satrapis, aut in illorum absentia vice-satrapis per uniuscujusque satrapiam facultas denominandi communitatuum præpositos, ex quo verò contra notoriæ observantiam patriæ, erroneum consequentiaæ filum deducitur, ut & ipsi licentiam denominandi collectores simpliciorum sibi appropriare possint.

Catum ante aliquos annos quæ advocatus habui in facto, quo vice-satrapa Satrapiae Hulchradiensis arrogaverat sibi potestatem, deponendi collectorem simpliciorum in oppido frixem, Casparum Hamblöch, denominandique alium quendam Henricum Meysen, desuper quærulabatur dictus Hamblöch coram Electorali Consilio Aulico Bonnensi, à quo rescriptum zum Be richt; Binæ à vice-satrapa successivè transmittebantur litteræ informantiaæ, quibus refutatis, insequebatur decretum (quod ordinatio

dinatio cancellariæ quidem vetuit. Tit. I. §. 6. sed praxis re-
tinuit) & loco alias intotulationis, in processu informativo con-
suetum; Priora aufzusuchen und in den Hofrath zu bringen;
ex præsentatis actis decidebatur in modum sequentem pro-
cessui informativo coram memorato Dicasterio proprium; Th-
ro Churfürstliche Durchlaucht Herzog CLEMENT AUGUST,
in Ober- und Nieder-Bäyeren unser gnädigster Herr, haben
sich über dasjenige was zwischen Simpels Collectoren Kir-
pels Nettesheim Casparum Hambloch und Amtsverwalte-
ren Holvenbach dahier verhandeleit worden, den Ausführlichen
Bericht erstatten lassen; wie nun höchst-gemeldt Thro Chur-
fürstliche Durchlaucht nicht ermessen können, mit welchem Zug
besagter Amtsverwalter, der an und Absehung eines Simpels
Collectoren sich anmassen möge, als befehlen Höchstieselbe ih-
me hierdurch gnädigst, gestalten sothaner an- und Absehung ei-
nes Simpels Collectoren, sich furtershin zu missigen, und ob-
erwähnten Casparem Hambloch bey Vertretung des Simpels
Hebers Ambs ohngehörter zu belassen, fort sich mit deme, daß
die von denen Simpels Collectoren jährlich ablegende Rech-
nungen, ihm zur gewöhnlicher Ratification vorgelegt werden,
sich zu begnügen, Signatum Bonn 23. Junii 1756.

In Ducatibus Juliae & Montium, ab Electore Palatino præ-
toribus, in plurimis satrapiis, insimul concorditum est, pinguis
illud officium receptionis Steuratum, vulgo den Steur-Empfang
& occasione incavià harum pecuniarum custodiâ, quandoque len-
to pede inequitur flebilis illa suspensio, sive potius in effectu cas-
atio ab officio. In Archi-Dioecesi Coloniensi alicubi, prout in
oppido frixem, satrapia Hulchradiensis, denominatio collectoris
simplorum spectat ad totam communitatem, in oppido vero
Godesberg satrapia ejusdem nominis, illud Jus aliquatdiu
exercuerent præpositi communitatis, quod si itaque collector
simplorum in dissipandis levatis nummis officio suo defit aut
alias

alias insolvendo existat; in primo casu tota communitas, in secundo vero (prout exemplum insolvendo existentis Wilhelmi Dick, docuit) praepositi communitatis, regressa contra collectorem simplorum ipsis relieto, ariero Electorali Publico satisfacere tenentur, ratio est, quia imputent sibi, quod vel minus possessionatum elegerint, vel in fidem ipsius collectoris non melius inquisiverint, & hic est effectus incaute pro receptura nummorum publicorum electi,

CAPUT SEPTIMUM.

Quis sit Effectus Jurisdictionis Prorogabilis.

Advertendum primam Citationem Judicis Prorogabilis esse simplicem, neque in non comparendo reum magnum praejudicium subire; secundam verò citationem esse peremptoriam, adeò ut citato imponat necessitatem comparendi & se se intromittendi, aut refusis actori expensis, simpliciter provocandi ad judicem ordinarium, prout in terminis disponit *Cit. Edictum novissimum de Anno 1743. §. 2. his verbis.* Zweyten wan Beklagter nach der anderten Abladung ererst provociren wolle, alsdan bey laufenden diesem Termino die verursachte Kosten ohne Anstand, und vor allem dem Kläger oder Appellanten zu erszehn schuldig, bey Entstehung dessen aber, und fals er Beklagter diese Frist fruchtlos verstreichen lassen würde, und die dritte Ladung abgewarcket hätte, sothane provocatio zum ordentlichen Gericht nicht mehr plachgreifig, sondern bey dem Judicio Prorogabili, welches solchemach ob contumaciam pro prorogato zu halten, zu Recht zu stehen verbunden seyn solle.

Adverti simpliciter provocandi, hinc petitione hereditatis conventus, si opponeret exceptionem præscriptionis, aut dilatoriam v. g. petendo inducias in finem se declarandi insimulque provocaret

ret ad judicem ordinarium, jurisdictione eo ipso prorogata, frusta-
nea foret annexa provocatio.

Attamen singularem idem de Jurisdictione Prorogabili, sibi
præfiguraverat rusticus quidam, qui ad vice-Satrapam citatus per-
sonaliter quidem comparuit, de exceptione vero sua semel iterum-
que interrogatus nihil respondit, imo responsione denuo penaliter
injuncta respondere noluit, ad quod duplicita poena dimissus, quæ-
rulabatur defuper coram Electorali Regimine Bonnensi, ad quam
supplicam supplicant declaratio coram judice prorogabili facienda,
præviâ depositione multæ injuncta fuit; & quidem justissime, non
enim tenetur respondere citatus, hoc est non tenetur tempestivè
comparendo se fe intromittere, quod totum verum est; non tene-
tur respondere ulla tenus quod erroneous nimis. Certe enim ad-
modum vilis esset jurisdictione prorogabilis, si citatus comparendo,
& sicuti surdus & mutus non aperiendo os suum, tacite irridendi
vice-Satrapam in volupe haberet.

Firmatur itaque in Archi-Dioecesi Coloniensi inconclusa conclu-
sio, ad judicem prorogabilem citatus, tenetur ad primam vel secun-
dam citationem, aut excipiendo se declarare, aut provocare simi-
pliciter ad judicem ordinarium, qualis provocatio fieri potest ore-
tenus comparendo personaliter, petendo provocationem inferi
protocollo, aut melioris probationis gratia in scriptis, cuiusmodi
provocationi inscribendum decretum: hierauf wird Kläger mit
seiner eingedungener Klage ad judicem ordinarium verwiesen,
per judicem vero ordinarium, praeter judicium scabinale loci, cui
reus subest, & Archi-Episcopalem Officialem Coloniensem per
totam Archi-Dioecesin, & Archi-Diaconalem Bonnensem, in suo
districtu subintelligi noto notius est.

Citato itaque coram judice prorogabili se intromittente aut,
tertiâ citatione emittantâ sicque jurisdictione in contumaciam pro-
contestata habitâ, partes coram judice nunc prorogato, juxta pro-
cessum communem Archi-Dioecesis Coloniensis usque ad quadru-
plicam

plicam inclusivè procedunt; aëtis verò inrotulatis, truncus actorum ad concipiendum votum plerūmque transmittitur impariiali JCo.

Caveant verò vice - Satrapæ & cauterium sit omnibus judiciis subalternis, qui de consilio JCo rum pronuntiant, ut præcipue in quæstione juris statutarii controversi, adhibeant JCo s non exteros & in Jurisprudentiâ nostrâ practicâ forensi minimè versatos, sed intraneos & Patriæ praticos: extranei enim JCo, cum juris novissimi Archi - Dioecesis Coloniensis, puta Edictorum multominius practicarum interpretationum habeant notitiam, hinc illorum vota in Archi - Coloniensi toties reformati videmus. Multis itaque ignotum unum hic speciale publico communicamus; olim magna erat quæstio in utramque partem sapius acerrimè ventilata, an si subditus Archi - Dioecesis Coloniensis moriatur & capitalia in alia provinciâ expposita habeat, ubi diversum ab Archi - Dioecesi Coloniensi viget statutum, & si v. g. de hæreditate mo- & immobilari quæstio oriatur, an præfata capitalia, alibi in annuas usuras exposta, juxta statutum Coloniense pro rebus immobilibus, an vero juxta statutum loci, pro mobilibus habenda, & per consequens hæredi immo. vel mobilari sint adjudicanda; nodum gordium deciderunt 1760. 24ta Maii, Electorales Consiliarii respective intimi aulici & regiminis, declarando hanc quæstionem juris statutarii dubii sequenti famolâ sententiâ, In Extrajudicial - Sachen Jacob Lieffen wieder Erbgenahmen Constantiæ Herdinge Wittib Lieffen ein und anderten theils, wird auf Verlesung des Verfolgs und daraus erstattete Relation zu recht erkant, daß die in hiesigem Erzstift auf Jahr - Rhenten ausgestellte Handschriften und Capitalien ohne Unterscheid, ob der Schuldgläubiger in hiesigem Erzstift, oder aber in einem anderen Territorio (wo ein unterschiedenes Statutum obhanden) wohn- und sesshaft seye, in Bezug der Erzstiftischen Rechts-Ordnung vor immobilar zu erklären, mithin in der Theilung sich darnacher zu richten ic.

Uc

Ut verò ad propositi mei metas iterum revertar, pro Coronide hujus capitatis liceat indagare, annon satrapa in satrapiâ suâ præfente, nihilominus vice - satrapa jurisdictionem prorogabilem exercere possit, & per consequens detur in Archi - Dioecesi jurisdictione prorogabilis concurrens, quam sententiâ affirmare cum vice - Satraparum intersit, hinc audivi aliquoties illorum ita sentire; Dicunt enim, quamvis satrapæ in casum vice - satrapæ mortui, regulariter competat præsentatio novi subjecti Electori facienda, attamen denominatio sit ab ipso Electore, & hujus Celsissimo nomine datum gratia expeditur, & quod illorum annexum est Officio Electorali authoritate exercendum demandatur, insimulque rescriptis Electoralibus inscribitur, unserem Churfürstl. Amits. Verwalteren. Itaque ratiunculis suis pergunt, videmus in Archi - Dioecesi Coloniensi, satrapas in plerisque si non in omnibus satrapiis, perpetuo absentes, & præpositos tantum videri salario, vice - satrapas verò jurisdictioni & officio, hinc durò durius esse putant, satrapis præsentibus, ipsos tanquam simulacra mura, extra omnem activitatem, & extra fructum, panemque, ut ita dicam quotidianum ponit.

Quibus tamen iobmotis omnibus inattentis verissima mihi est sententia non dari in Archi - Dioecesi Coloniensi jurisdictionem prorogabilem concurrentem; Cum enim satrapæ ut plurimum ex antiquâ & avitâ nobilitate Coloniensi sive aus der Erzstifts- & Cöllnischer Ritterschaft seligantur, qui plerumque in ministerio & servitio Electorali aulico sunt, per consequens necessario à satrapiis suis absentes, quorum loca & vices, ex constitutione patriæ funguntur vice - satrapæ, per consequens cum omnis vice - satrapa repræsentet suum satrapam, & quasi ipse præsens esset, jurisdictionem prorogabilem eadem quâ satrapa authoritate Electorali exerceat, verbo, sit os, organum, & loquela sui satrapæ, hinc satrapa quodam non impedito, & in satrapiâ suâ præfente, & jurisdictionem & officium suum exercere volente, jurisdictionem vice - satrapæ interim quiescere, & in absentia satrapæ ite-

iterum reviviscere palam evadit. Exemplum habemus in prætoribus absentibus quorum vices tunc interemisticè funguntur seniores judiciorum scabini; nullatenus vero nequidem ex mandato prætoris, ipso ut ut absente, citationem extrajudicialiter relaxare poterit judicii scriba, quod cum contra ordinationem attentaverat scriba judicii in Godesberg, ad supplicationem Ignatii Stug^r, Fucata haec praxis exlex ipsi serio mandato regiminis inhibita fuit. Quatenus vero aliquis coram inferioribus judiciis aut vice-satrapis de impetranda impartiali justitia anxius hæret, ad supplicationem simplicem partis acta ventilata, prævia inrotulatione avocantur ab Electorali Consilio Aulico, à quo & illa exponuntur impartiali J^cto, cuius subsecutum votum, publicatur partibus.

Lata denique à satrapa aut vice-satrapa sententia pars gravata, aut acquiescit, aut appellat, quare sit.

CAPUT OCTAVUM

*Quanam sint Contraria, sive quibus modis
cesset Jurisdictio Prorogabilis.*

Cessat provocatione ad judicem ordinarium tempestivè obmotæ, suspenditur vero prorogata legitimè interposita appellatione; qualis appellatio cum singulari litigantium sublevamine immediate devolvitur ad Consilium Electorale Aulicum Bonnense, cuius Jurisdictio fundata est in appellatorio 1) In causis contentiosis à satrapis & vice-satrapis decisio 2) In appellationibus Westphalisi, sive von Landdrost und Räthen in Westphalen, dasig übrigen Drostien und dem Berg-Amt prout verba sonant ordinationis Electoralis de 24ta Martii 1763. 3) in causis extrajudicialibus deren Erzstiftisch-Cöllnischen Unterherrschaften, in quibus causis acta originalia primæ instantiæ retentis coram protocollo copiis parificatis

catis & collationatis ad appellatorium extradenda, prout rescriptum Electoralis Consilii Aulici Bonnensis de 3ta 7bris 1726. nos edocet, 4) In causis feudalibus si ab initio ad judicium parium curia fuerit provocatum, & ab illorum sententiâ appellatum, videatur Bericht der Chur-Cöllnischer Regirung an Thro Kaiserliche Majestät in Sachen von Beyweg de 1748. 5) In causis personarum miserabilium, quando nempe personæ miserabiles coram judice ordinario litigaverunt, & ex post vel appellantes aut appellatae existunt, quo ultimo casu. ut ut ab appellante coram judice immediatè superiore & ordinario appellationis, plenarii appellationis processus, aliquoties fuerint imperati, nihilominus ad supplicationem partis appellatae personæ miserabilis, ab Electorali Consilio Aulico, causam avocatam addito contra appellantem Mandato, de introducendâ appellatione, coram Electorali Consilio Aulico, plurimis præjudiciis observavi.

Pars itaque gravata, si in faciem publicata sit sententia definitiva statim appellare potest stante pede & vivâ voce, secus ab interlocutoria gravatoria mixtâ, à quâ infra decendum coram notario & testibus specificè deducetis gravaminibus in scriptis, appellatione iu chartâ communi, & in formâ libelli, & non nisi in appellacionibus ad suprema imperii dicasteria, in membrana (ubi tamen duo exteriora folia membrana, & interiora chartacea esse sufficiunt) expedienda. Nullatenus verò prout in appellationibus in dicasteriis imperii introducendis requisitâ summâ quadam appellabili, Jurisdictione Electoralis Consilii Aulici in appellatorio fundatâ sufficiente.

A Simplici interlocutoriâ argumento à prohibitâ revisione R. J. N. §. 125. appellatione omnino interdictâ Chur-Cöllnische Canzley-Ordnung tit. 4. §. 2.

Colono partiaro insinuatam appellationem fatale interponendi non nisi à die notitiae currere in causâ appellationis Westphalicæ L. B. de Hanxleden contra Schulten Westrich, Decretis ex actis

actis in Consilio Electorali Aulico 11. Aprilis 1758. Plenariis
appellationis Processibus decisum; ab Advocate vero absque
Mandato nomine succubentis interposita illam desertam esse
judicatum, in revisorio in causa Stein contra Dunwalt.

Appellatione interposita, appellans infra trimestre utpote ter-
mino introducendi appellationes coram Electorali Consilio Au-
lico Bonensi alias proprio, nunc omnibus in Archi-Dioecesi
Coloniensi introducendis appellationibus communi, Edict. Ele-
ctorale 18. Aprilis 1758. ad minimum tam maturè supplicat
pro decernendis plenariis appellationis processibus, ut interea
Decreti Processus in Juridica reproduci possint, si secus Pro-
cessus denegandos esse vult Decretum commune Consilii Aulici
de 18. Julii 1726.

Nequè dum à sententiâ definitivâ pro Processibus Supplica-
tur requiritur aliqualis deducio gravaminum modò sufficit,
dum supplicæ 1) Sententia à quâ per Extraetum Protocolli, in
formâ probante & si in separato fuerit appellatum 2) Schedula
appellationis in originali reperiatur apposita.

In Appellationibus vero in Camerâ Imperiali introducendis,
dum supplicatur pro Processibus appellationis, non sufficit ex
sinistro intellectu R. I. N. §. 65. Loco libelli gravaminum sim-
pliciter ad acta priora submittere, cum insimul supplicæ ne-
cessario apponenda saltem summaria deducio & verosimilis
justificatio gravaminum *L. B. de Cramer obs. jur. uni. tom. 2.
obser. 6.*

Ad supplicam pro Processibus appellationis, coram Electo-
rali Consilio Aulico, si à sententiâ definitivâ, aut ab interlocu-
toriâ definitivam in ventre habente fuerit appellatum, indubia-
tanter illico decernuntur plenarii appellationis Processus, nisi
causæ qualitas v. g. cambialis obstat, quæ ultima etiam ad
normam R. J. N. coram fato dicasterio tantum quoad effectum
devolutivum admitti, multis præjudiciis constat.

E

Puto

Puto tamen providè omnino attendendum esse , an cambium v. g. sit in confessio , & exceptiones altioris indagenis reperiantur oppositæ , & hisce ad separatum remissis reus fuerit condemnatus , in tali casu si appellatum , appellationi tantum quoad effectum devolutivum esse locum optimè concluditur ; è contrario ponamus reum ex cambio conventum diffessum esse manum à se prætense subscriptam , insimulque se obtulisse ad juramentum diffessionis , ex post verò per decursum cautæ præviâ comparatione manuum (cui aliqui Doctores simiplenam probationem inesse credunt) ex illo ipso fundamento fuisse condemnatum , à quâ sententiâ si reus summoperè gravatus provocet , firmiter concludo , appellationi etiam quoad effectum suspensivum esse locum , ratio quia appellatione interpositâ semper manet quæstio , an cambium in rerum naturâ existat nec ne , quo cordatè pérpenso plenarii appellatio- nis Processus eo Fundatius in Camera Imperiali juxta L. B. de Cra- mer *Nebenstunden part. 1.* pag. 108. Non obstante qualitate cau- sa decernuntur , cum in Camera Imperiali Canonizata sit senten- tia comparationem manuum non producere semiplenam probatio- nem , adeo ut aliis non concurrentibus indiciis , ex quibus summus perjurii oriatur metus , ad juramentum diffessionis , quatenus pars se obtulerit sit admittenda , prout in causa viduæ judæi Köppel denheimer , contra Fratres Marquard &c. judicatum apud L. B. de Cramer *obs. jur. uni. tom. 2. obs. 513.* ad quam observa- tionem si velimus respondere præjudicium in Camerâ unius Sena- tus , non ligare alium , sed requiri præjudicium pleni. Blum. pro cam. tit. 2. n. 26. Subdubitari potest , quænam ergo senten- tia in praxi sit sequenda ; ad quod cautè respondeo cum R. J. N. §. 136. caveat præjudicia contraria quâm maximè esse vitanda , imo potissimum uniformitatem in judicando mandet observandam , hinc in casu simili , quâ Advocatus coram Consilio Electorali Aulico Bonnensi , & in causâ ad suprema Imperii Tribunalia non devo- lubili , pro futuro mallem defendere , comparationem manuum pro- du-

producere semiplenam probationem, prout in causâ Bonnin contra Tassier 2da 8bris 1762. judicatum. In Camera verò Imperiali considerem observationi prælaudati famosi authoris.

Judicibus verò mutatis semper & ubique politicè considerarem, quod de præjudiciis in genere testatur experientia; præjudicia sàpè mutari, quando personæ judicum mutantur.

Si ab interlocuto appellatum v. g. ab admissione testium sive quod vocant decreto ex actis, prout in aliis judiciis appellatoris Archi-Dicecesis Coloniensis, datur decretum prælocutoriorum præsentandi acta, & pariter in Electorali Consilio Aulico Bonnensi, non nisi ex præsentatis actis an Processus decernendi sint, decernitur. Nullatenus verò ab ante, nisi cum ipsis Decretis Processibus, si petita fuerit prorogatio fatalis insimul conceditur, pro primâ vice, prout ad iteratas supplications simplices pro secundâ & tertiatâ vicibus, sub termino ordinationis, ulteriores vero prorogationes nonnisi ex allegatis & veròsimiliter justificatis causalibus conceduntur, In eo itaque observatur differentia in Camera Imperiali, quod quadrimestre introducendi appellations totâ die antequam pro Processibus supplicetur, prorogari videamus.

In termino prorogati fatalis, coram Consilio Electorali Aulico Bonnensi, procurator justificat suam appellationem in audience judiciali sive in juridicâ, producendo libellum gravaminum cum actis primæ instantiæ in forma probante, & quidem à latrapi & vice satrapis utpote actuario destitutis, in trunco, appositis rationibus decidendi clausis, idque sub pæna desertionis, prout de omnibus appellationibus coram fato Dicasterio introducendis in terminis disponit, Edictum de 3tia Novemb. 1739.

Quandoquidem vice-satrapæ extradendo partibus acta, retinent, rationes decidendi, & offerunt eas directè transmittendi ad Electorale Consilium Aulicum Bonnense, & dum tèpissimè in eo reperiuntur morosi, tacent appellantibus quid transmissionem impedit, ne itaqù appellantes culposum si bimeripsis causare velint impedimentum maturè acta cum rationibus decidendi NB. præviâ solutione, aut fal-

tem reali oblatione jurium requirant ; adhibitoque hocce cauterio, si pars appellans, jurato assverare sit parata , se nihilominus adhibitâ omni diligentia acta primæ instantiæ , aut rationes decidendi impre-
trare non potuisse , extunc appellantem contra Lapla fatalium in
integrum esse restituendam , præjudicium revisionis testatur , de
7tima 7bris 1751. in causa Antonii Becker contra Joannem Becker.

In Camera Imperiali necessaria , in omni appellatione actorum re-
quisitio est , quam ab appellante fieri jubent leges imperii , intra tri-
ginta dies post interpositam appellationem , oblatâ simul pro descri-
bendis actis æquâ mercede , *Ord. Cam. de Anno 1555. part. 2. tit. 31. §. i. R. f. N. §. 61.* sufficit quoque quando non versamur in
casu §. 63. *dicit R. I. N.* nempe ubi specialis terminus , à judice
à quo præfixus non est , requisitionem semel factam esse , casus enim
reiteratae requisitionis in R. I. N. præscriptæ est specialis , si à judice à
quo terminus ad extradendum acta præfigatur , *de Ludoff. comment. System. sect. 2. n. 61.*

Quando verò appellatio ob omissam requisitionem actorum deser-
tionem inducat , discutit *L. B. de Cramer Nebenstunden part. 12. tit. 8.*

Justificatâ itaque coram Electorali Consilio Aulico Bonnensi in au-
dientiâ judiciali appellatione , eodem modo prout in causis primæ in-
stantiæ , nisi quis opponat generalia , producuntur tres causæ scriptæ ,
& proceditur usque ad quadruplicam inclusivè quâ producta , im-
rotulantur , & solutis (nisi causa sit pauperis) sportulis , præsen-
tantur Acta , constitutiisque à Præside Regiminis duobus referenti-
bus in pleno Consilio relatio absolvitur , & sententia à quâ coq-vel
reformata in proxima juridica , judicialiter publicatur . Ubi inci-
denter notandum , tam in Camera Imperiali , quam Electorali Con-
silio Aulico Bonnensi , una eademque est Regula , *omnis prima sup-
plica debet exhiberi extra judicialiter ; decretis in camera processibus per
reproductionem omnis causa devenit judicialis ; quod coram Electorali Con-
silio Aulico Bonnensi , in causis appellationum & revisionum tantum veri-
ficatur , nam illæ unicè ibidem sunt & vocantur causæ judiciales.*

Tam ab Electorali Consilio Aulico Bonnensi , in causis primæ instan-
tiæ

tia sive extrajudicialibus, & ab Officiale Colonensi in causis civilibus, quām ab appellationum commissariis Colonensibus, si provocetur, fundatum est revisorum Bonnense liberūmque insimul relinquitur pari gravatæ, si causa & summa sit appellabilis (exceptis causis in possessorio latis) appellationem suam in supremis tribunalibus Imperii introducendi, quā ira verò fertur inermi redditæ, si ex parte appellati insimul gravati & appellantis, Electorale revisorum Bonnense (impetratis & insinuatis prius processibus revisionis) fuerit præventum.

Pro quo paucis dilucidando ; Notum imprimis quod omnibus Electoribus vi Aureæ Bullæ Capite undecimo competat jus illimitatum de non appellando , sub Regimine verò Electoris MAXIMILIANI HENRICI supplicarunt status provinciales Archi-Dioecesis Colonensis, pro moderamine hujus juris illimitati, hinc in recessu provinciali, de 15 Maii 1653 celebris est hic passus concernens, weilen die lōbliche Landstände die Ungleichheit mit anderen Benachbarten, da sie mit densellen im Rechtsstreit gerathen, so beschwerlich halten, als können Ithro Churfürstl. Durchl. gnädigst geschehen lassen, bis man sehet ob des Landes Nothdurf und Nutzen ein anderes erforderen wird, die appellationes in petitorio durchgehends (salvâ tamen summa haec tenus sine interruptione observata) ihren ungehinderten Lauf behalten, in possessorio aber solche allerdinas verbotten bleiben, ubi bene notandum jam dictam declarationem Electoralem tantum respicere favorem statuum provincialium Archi-Dioecesis Colonensis, nullatenus verò subditorum quorum nulla sit mentio ;

Attamen cum infuscis temporibus in praxi de verò intellectu præfatæ Electoralis Declarationis dubitaretur, & tractatus illorum, qui leges & pacta condiderunt optimi sint interpretes, Struben Nebenstundenpart. 10. von Landständen §. 16. in conformitatem hujus principii jam dudum à JCris famigrantissimis agniti, infuscata est 11. Maii 1739 interpretatio statuum Archi-Dioecesis Colonensis.

Sententiæ denique in judicatum prolapsa, aut in ultima instantia, convet reformata & executioni demandata jurisdictionis omnis, prout prorogabilis prorogata & præsentis Inauguralis Dissertationis meæ.

F I N I S.

CO-

COROLLARIA. EX UNIVERSO JURE.

Ex Jure Naturæ & Gentium.

1. **J**us naturæ formaliter consideratum, est ordinatio Divinæ Sapientiæ per dictamen synteresis manifestata, præcipiens ea

qua naturæ rationali simpliciter sunt consentanea, & prohibens simpliciter contraria.

2. Preinde hoc Jus nec esse nec concipi potest sine DEO, imo Jus Divinum rectè appellatur.

3. Et dum DEUS pupillis adeo prospexit *Exod. 22. v. 22. Hiob. 24. v. 9* non dubitandum tutelam esse juris naturæ.

4. Jus gentium à jure naturæ verè distinguitur.

5. Justum bellum, potissimè offensivum quatuor requirit, 1. Principem superiorem non recognoscentem nisi DEUM & gladium 2. necessitatem, 3. rectam rationem, 4. justam causam, hinc qui sine his comitibus terras alienas invadit & armis premit, non triumphator, sed prædō & publicus grassator est.

Ex Jure Publico Germanico.

1. Ineptus est, quisquis Imperatorem nostrum verum non esse Monarcham, aut Imperii primum esse vasallum docet.

2. Imperator legibus fundamentalibus Imperii & Capitulatione Cæsarea, non vi legis sed pacti obligatur.

3. Jus reformandi novum Dominorum territorialium pro regulari, annus decretorius verò pro exceptione statuendus est.

4. Ex pacto renuntiativo de non reformando non transfertur obligatio in eum, qui jure suo & ex providentia majorum succedit.

5. In casu exercitus Imperii secundum leges fundamentales evocati uni vel alteri statui non licet arripere partes neutralitatis.

Ex

Ex Jure Feudali.

1. Quoties servitium personale cum statu Ecclesiastico non est incompatibile toties clerici sacerulares per se sunt capaces feudorum secularium & obligari possunt tanquam vasalli principi sacerulari.
2. Legitimatus per subsequens matrimonium succedit in feudo.
3. Feudum tali modo concessum , concedo tibi & cui dederis, inconsulto Domino directo alienari potest.
4. Vasallus, Domino vasalli uxorem adulterante, non solum divertium sed & feudi proprietatem justè petit.
5. Feuda Archi-Dioecesis Coloniensis solo consensu Domini directe validè alienantur & aggravantur.

Ex Jure Canonico.

1. Sponsalia ante septennium compleatum nequeunt validè contrahi, neque malitia astatem supplete.
2. Nisi post Benedictionem sacerdotalem properarent uxorati consumare matrimonium, daretur in praxi novitiatus & spatium deliberandi in matrimonio.
3. Princeps sacerularis non potest statuere impedimenta dirimenti matrimonii.
4. Protestanticæ religioni addicti, si in districtu parochiæ catholicæ possideant decimas , tenentur concurrere ad refectionem Ecclesiæ Parochialis.
5. Legem Clericos non posse acquirere bona immobilia ut justam & non derogatoriam, libertati Ecclesiasticæ defendo.

Ex Jure Criminali.

1. Furi adveniæ ignorantia pœnæ singularis in loco ubi furatur non prodest.
2. In causis criminalibus decidendis juramento suppletorio non est locus neque probationi vulgari.
3. Qui absolvitur ab instantiâ vel actione non ideo necessario ab expensis liber est.
4. Tortura, receptum in tribunalibus medium eruendi veritatem injustitiae cujusdam argui nequit.

Ex

Ex Jure Civili Romano.

1. Hæresis mea hæc est; non datur jus mixtum, quod ex reali & personali confluit, consequenter neque aetio ex mixto hoc jure descendens.

2. Fingunt subtiliter juri luendi pignus posse praescribi. Sed ego odi fictiones.

3. Parum prodest quaestio: an res immobilis deponi possit, quia tamen non omnes mecum sentiunt quaestione affirmativè resolvo.

4. Prudentiores copiis vidimatis (ut vulgus barbare loquitur) fidem non habent: *cum Paulus in leg. 2. ff. de fid. insit.* authenticam exigat scripturam.

5. Emptoris est alluvio; ergo & jus accrescendi empta hæreditate.

6. Cultro anatomico non est opus ad explicandam & claram & rationalem *l. 15. §. fin. ff. de usuf.*

7. Non eandem Architectorum fuisse sentiam, patet *ex leg. 8. ff. de servit.* & *leg. 3. prim. ff. de aq. quot.* quas nolo componere practicam admittens *Ulpiani* sententiam.

8. Nisi obstet juramentum advocati, pactum de palmario in theoria & praxi subsistit, pacto verò de quaesta litis omni jure prohibito.

9. Quem potuit tribuere voluit sexui fæmineo favorem *Justinianus*, & ideo bona uxorum, dote expresse non constitutâ, potius dico dotalia quam alius generis.

10. *Ciceron pro Muren. cap. 27. liv. lib. 34. & Ulpianus in fragment. tit. II.* Fortè ex lege Papia docent, mulieres ni viri potestate continerentur in perpetua fuisse tutela, sed nunquid hodie prudentiores sunt fæminæ?

11. Subtiliter controvertunt Doctores, an in substitutione vulgari casus noluntatis includat casum impotentiaz, ego in bello hocce scholastico, ad signa negantium me confero.

12. Lex Falicidia itemque SCturn Pegasianum, deducto omni ære alieno *Deorumque Donis*, quartam residuæ hæreditatis, ad hæredes voluit pertinere, ita *Paulus l. 4. sent. recept. tit. 3. §. 3.* si vera hæc sint in conscribenda *Lege l. §. 5. ff. ad leg. valid.* fidus fuit *Tribonianus.*

Kr 2309

X2368165





2
DISSERTATIO INAUGURALIS
DE

JURISDICTIONE PRORO-
GABILI IN ARCHI-DIOECESI
COLONIENSI

QUAM

Favente DEO, O. M & Auspiciis Magnæ
DEI Matris & Divæ Virginis MARIAE.

*In Alma Perantiquâ semperque Catholicâ Universitate
Coloniensi.*

*Pro summi in utroque Jure gradus Licentia more
Majorum legitimè consequendo, in Publico
Juris Auditorio Defendet 1764.*

Compilator & Author

ANTONIUS JOSEPHUS
GILGENS,

Officialatus Bonnensis Assessor, nec non Advocatus Legalis.

Coloniae Typis Hæredum GEREONIS ARNOLDI SCHAUERG.